



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Assertio Septem Sacramentorum Aduersus Mart. Lutherum

Heinrich <VIII., England, König>

Parisiis, 1562

Widmung

urn:nbn:de:hbz:466:1-30233

SANCTISSIMO

Domino nostro, Domino Leo-
ni. X. Ponti. Max. Henricus Dei
gratia Rex Angliæ, ac dominus
Hyberniæ, perpetuam felici-
tatem.



Quum partim bellicis, partim aliis
longe diuersis studiis, reipublica
causa adoleſcētiā nostram in-
ſueuerimus, miraturum te beatif-
ſime Pater non dubitamus, quod
eius nunc hominis partes nobis ſumpſerimus,
qui omnem potius etatem conſumpſiſſet in lite-
ris, ut grauem ſcilicet herēſim pullulantem com-
primamus. Sed deſinet, opinor, tua ſanctitudo mi-
rari, poſtquam cauſas expendērit, quæ nos ſub-
egerunt ut hoc ſcribendi onus, quanquam non
ignari quā ſumus impares, ſuberimus. Vidi-
mus ſiquidem in meſſem domini iacta xixaniæ
ſemina, pullulare ſectas, herēſes in fide ſucce-
ſcere, & tantam per orbem totum Chriſtianum
ſeminatam diſcordiæ materiā, ut nemo qui
ſyncera mente Chriſtianus ſit, hæc tanta mala
tam late ſerpentiā ferre diutius poſſit, quin &
ſtadium cogatur, & vires qualeſcunq; poſſit.

opponere. Mirum igitur videri non debet, si nos quoque, tametsi potestate non maximi, fide tamen ac voluntate nemini secundi, in opus tantum, tam vile, tam necessarium, ut à nemine ferme possit absque piaculo pratermitti, & nostram erga tuam sanctitatem observantiam, & erga religionem Christi, studium, & erga dei cultum, obsequium nostrum declarare constituimus, maxime fideles, etsi eruditio nostra sit tam exigua, ut propemodum nulla, gratiam tamen dei sic cooperaturam nobiscum, ut quod doctrina nequiuimus perficere, id ipse pro sua benignitate, summâque potentia plenius absoluat, ac nostram in literis imbecillitatem, suo vigore suppleat. Quanquam in literis quoque, præsertim sacris, etsi certo sciamus, nusquam non esse multos qui hoc scribendi munus & obire commodius, & prestare potuissent vberius, tamen non vsque adeo rudes sumus, ut in communi causa dedecet, nos quoque pro nostra virili, calamo quid possemus, quâtulûm id cûnque fuerit, experiri. Postquam enim in administranda re publica maximam semper vim, maximamque in omētum, religionem habere multo vsu aduersimus, ut primum maturiores annos attigimus, cœpimus eius contemplationi nōnihil studii impedere. Plurimum profecto, postquam cœpimus,

In eo delectati, consecuti tamen non nos latet
quàm exiguum: tantum tamen, ut speramus,
quantum adiuuantibus praesertim, vel potius
instigantibus iis quae vel admodum rudem ab-
unde reddere instructum possent, pietate scilicet,
& laesa religionis dolore, ad Lutherianae haeresis
fraudes rationibus detegendas, sit satis. Itaque
etiam hac fiducia remtent animus, & quae in
ea meditati sumus, sanctitati tuae dedicamus,
ut sub tuo nomine, qui Christi vicem in terris
geris, publicum iudicium subeant. Sic enim no-
bis persuasimus, quum ea haeresis aliquandiu in-
ter Christianos grassata, gravissima saluberrima
que sententia tua, ut e manibus hominum
sit excussa, si quid eius in pectoribus vel captio-
ne aliqua deceptis, vel blandis pollicitationibus
inescatis, adhuc resedit, id esse iustis rationibus
excimendum. Sic enim futurum, ut quum duci
quàm trahi se ingenia libentius patiantur, non
desit his mitioris quoque remedii ratio. In qua
promoverimus ne nos quicquam, an non, beati-
tudinis tuae iudicium erit: cuius etiam arbitrio,
si quid est à nobis erratum, corrigendum offerimus.

...
...
...